

S KILIANVS PASTOR VVIRTZBURGENSIS.



Sanctus Kilianus doctissimus Christi prece ex Scotia sese in Galiam contulit, atque sub rege Fracorum Pipino plurimos homines in uera Christi doctrina instituit. Cum autem Rheni accolae iam antea in religione essent instructi, statuit Kilianus ad interiora Germaniae loca penetrare, atque ibidem quoque Euangelium de peccatorum remissione annuntiare. Id autem ut faceret Benedictus 2. & Cono Romanae ecclesiæ praesules sedulò adhortabatur. Itaque magno zelo Rhenum transgressus, anno sexcentesimo octuagesimo sexto, duobus socijs Colomanno & Diethmanno comitatus in Franconia Herbipolis peruenit, & idolorum cultoribus Christum prædicare coepit. Erant quidem & alii Ecclesiarum ministri in quibusdam Franconiae locis, qui & ipsi ueram rationem salutis proponebant. Verum Kilianus in aliquibus ab ipsis dissensit, atque pleraque ad Romani pontificis auctoritatē referre coepit. Vnde magnam sibi inuidiam conflauit. Erat autem eius